



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 63. In quadam Congregatione circa matrimonia clandestina disputatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI. minus contenti essent. Verum quo-
A. C. 1563. rumdam opinio fuit, in ea epistola Theo-
 logiæ Scholasticæ methodum haud fuisse
 observatam, sed in quadam apolo-
 gia, a Grimano Patriarcha postea ad
 eam defendendam confecta, dubitatio-
 nem omnem fuisse ablatam. Porro
 Præsides a iudicibus petierunt, quate-
 nus suam quisque sententiam scripto
 breviter traderet, ut forma iudicii ser-
 varetur: pariter Veneti Oratores cur-
 forem illico ad Senatum misere, ut de
 hoc eventu eum facerent certio-
 rem, nec minus Legati de eodem negotio
 scripserunt ad Pontificem, qui postea il-
 lis respondit, monens, ut id, quod æ-
 quum esset, perageretur, quare sequen-
 ti mense lata fuit de Grimano sententia,
 quemadmodum ostendemus.

§. LXIII.

*In quadam congregatione circa ma-
 trimonia clandestina disputatum.*

Pall. c. 4. n. 1. Postquam cum summa solertia in pri-
Viscont to. 2. vatis Theologorum coetibus æque,
Lett. 63. du ac in Prælatorum Congregationibus
12, d' Aoug. circa articulum de Matrimonii Sacra-
P. 351. mento, ejusque abusibus disceptatum
 erat, ac post quatuordecim alios par-
 ticulares Patrum conventus demum
 in generali Canones, & decreta fuerant
 digesta, tandem die trigesima prima Ju-
 lii

lii colligebantur suffragia, ubi acriter disputatum est de matrimoniis clandestinis, utrum illa tanquam irrita, vel legitima declaranda essent.

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

Præprimis asseriebant nonnulli, quod nonnisi unicum emendationis decretum conficeretur, illudque ad Canonum callem apponeretur; cum autem per hoc Canones damnaretur opinio illorum, qui ea matrimonia, quæ antea fuerant contracta, subsistere negabant, hinc in eo decreto declaratum, quod non valerent illa matrimonia, quæ imposterum absque testibus numero saltem tribus contraherentur, aut sine Parentum consensu celebrarentur, si filius necdum decimum octavum, vel filia decimum sextum, ætatis annum attigisset: ut autem hoc decretum eo facilius reciperetur, non tanquam dogmatis decisio, sed duntaxat veluti reformationis decretum proponebatur.

§. LXIV.

Decretum circa Matrimonia varie conceptum.

Ab initio hoc decretum sub his verbis proponebatur: *Sacrosancta Dei Ecclesia, Spiritu Sancto afflata, animadvertens magna incommoda, & gravia peccata, quæ ex clandestinis conjugis ortum habent, præsertim vero eorum, qui*

E e 3

in